


Nov.

*D. 257
VI.*

Inu. N. 62339



EPITHALAMIA ⁴
In honorem Nuptiarum, ⁸¹

Dñi. CHRISTO-
PHORI ADOLPHI
Theodorici &c. &c. &c.
SPONSI.

MARGARIDIS BROCK-
HOVIÆ SPONSÆ.

ab amicis Conscripta

Symbolum Sponsi.

Literis & armis in vtrumq; paratus.

NOBILITAS non ex natalibus, sed
ARTE & MARTE parta viget.

RIGÆ Livonum
Typis NICOLAI MOLLINI
Anno Æræ Christianæ

M. DC. IX.

Militiæ triplicis signis insignibus artem
 Qui præstat, laudem Martis & Artis habet ;
 Nominis & famam ; *Veneris* sed præmia miles
 Qui fert, magnificæ laudis opima replet.
 Sed rarum hoc : miles nam præter vulnera raro
 Debita consequitur præmia militiæ.
 Ergò militiæ triplicis te triplice dignum
 Laude virum, meritò nostra camæna canit.
 Primò Palladijs formasti pectora Castris,
 Hinc Martis laudem castra secutus habes.
 Induperatoris legati munere functum,
 Ecce *Venus* tandem te facit alma ducem
MARGARIS ipsa suæ te jam profitetur Alumnum
 Militiæ ? quin te dicit amore ducem ;
 Vel Duce si quicquam majus, te nomine amoris
 In sua castra virum **M**ARGARIS ipsa vocat.
 Si quondam Marti pugnatum fortibus ausis,
 Iam pugnam *Veneris* strenuè obire decet.
 Inde tibi laudem merita est ; hinc præmia virtus ;
 Præmia perpetuæ laudis opima ferat.
 Fiet, **A**DOLPHE, ducum si te ducis alma **S**upremi
 Ducat ad opratum gratia grata locum.

M. ANDREAS CREBS
 Profess. & Inspect. Academ:
 Rcgymontis.

248

MARGARIDIS BROCK
 Sponsæ
 Theodoricæ &c. &c.
 PHORADOLPHI
 DR. CHRISTO

LATVIJAS
 PSR FUNDAMENTA
 1824
 ZINĀTĀNU
 KĀDEMIJA *
 ALIJĀKĀ *
 BIBLIOTĒKA

ZA FB
 R 2071



ALIVD.

En passu ambiguo fortuna volubilis errat,
 Resq; hominum mirâ mobilitate rotat:
 Sic cum Marte Venus socialia fœdera lecti
 Vnanimis jungant, sæpè parare solet.
 Tu quoq; Sponse diu qui Martis castra secutus,
 Es solitus forti bella cedere manu:
 Lenior effectus jam mitior atq; securus
 Expectas Veneris subdere colla iugo,
 Conjugijq; petis facilem explorare quietem,
 Antè sequi promptus mille pericla necis.
 Aris proq; focisq; dum fortiter arma capeßis,
 Et certas Belgas perpete pace frui.
 Hispanus varijs quam turbat motibus, atq;
 Paci expectata non sinit esse locum
 Hostis atrox, quo non alius truculentior, atq;
 Sanguine Germanum non satianda lues.
 Religionis uti qui vera est osor acerbus:
 Sic quoq; Germani nominis hostis erit.
 Ergo solum linquis patrium, dulcesq; penates,
 Hoste manus E cum conseruisse iuvat:
 Mauritius quem Dux affectum cladibus Heros,
 Sæpè egit turpi condere terga fuga:
 Qui tandem voluit pacem cum laude pacisci
 Dum belli ambigui tadia ferre nequit.

Sic

Sic tua Saxonicis virtus effulsit in oris,
 Vicinis alijs insonuitq; locis.
 Henricus quando Dux Iulius arma novavit
 Insolito affectans quarere Marte decus:
 Vicinamq; urbem bello infestavit amaro
 Ruricolisq; tulit maxima damna viris.
 Inde ast digressum nostris quando appulit oris,
 Te voluit bellis inter E esse Deus:
 Qua gessit Sueco dirâ cum gente Polonus,
 Atq; hominum morti millia multa dedit:
 Utilis huic urbi multum populog; fuisti,
 Et fidej meritum premia ferre tua.
 Carolus ille etenim belli Dux, inclytus heros,
 Per quem Livonum stat reparata salus:
 Hujus quem penes est unum custodia terra
 Consilijs voluit te inseruisse suis.
 Provida sed jam cura DEi affectusq; paternus,
 Te voluit magnis eripuisse malis.
 Atq; fidem, constantem animum, dextramq; virile,
 Fœdere pacifici pendere conjugij.
 Namq; bono ceu quodq; bonum vice pensat eadem:
 Sic quoq; dat fortes premia ferre viros.
 Gratus E exhaustos pensat virtute labores,
 Donorum summus qui dator esse solet.

Nam

Nam quia Bellone non solum es castra secutus,
Militia tractasti & grave Martis opus:
Sed quoque es ingressus sacrata Lycea Minerva,
Parnassi recolens nocte dieque DEAS:
Musarum post exhaustos Martisque labores,
Ecce novus fato stat tibi missus honor.
Gratus honos, & amica quies, onerumque medela,
Casibus & duris quique levamen erit.
Namque peregrino tibi qua olim est hospita juncta,
Uxor cara tibi hospita postmodum erit.
MARGARIS orba viro, sed viva et vera virago
Et forti digne consocianda viro.
O gratas mirasque vices: quis talia queso
Abneget haud summum disposuisse Deum?
Nunc Hymeneus adest ergo, stat pronuba Iuno,
Cum spectis Veneris filius ipse adest.
MARGARIN atque novis vittis mitraque coro-
Inque tuos thalamos ducere Sponsa parant. (nant
Gaude ergo, letare animo tibi Sponse quietem
Fœlici auspicio contulit hancce Deus.
Et gemmam eximiam hanc lato nunc accipo vultu,
Et sine in amplexus suaviter ire tuos.
Tu quoque lata novum complectere Sponsa maritum,
Dulce & onus collo pendeat ille sine.

Quod

Quod superest cupiens bene vestro grator amori,
Quaque beant homines prospera fata precor:
Sponse tibi ut peragas annos cum conjugis multos
Ac vivas Pylij tempora longa senis:
Sponsa autem sobolem numeres longo ordine multam,
Fulciat & letam pax ut opima domum:
Vos quoque qui lecti socialia fœdera sanxit,
In vota adsiduam, vestra vocate prece.
Larga ita se pleno diffundet copia cornu
Gratia verarum nullaque deerit opum.

M. Stephanus Teuthorn F.

ALIVD.

Hirpini soboles vocetur illa,
Cujus primus erit tot ante pulvis,
Ut Circi, facilis, sonore rauco
Palmæ puncta ferat, vel hoc vel illo
Sit de gramine; sed negetur illa
Hirpini soboles, molam Nepotis
Quæ versare videtur apta tantum.
Sic Quiris mihi; qui coruscat ipse,
Non umbras veteri tenens ab ævo,
Non Nerone tumens propinquiori.

Vertè


Verè nobilitant & illa Martis
Verè nobilitant & Artis illa
Ornamenta suos ADOLPHE, Martis
Cultor strenue, ter trium DEATUM
Quantum te decet, erudite cultor.

Sed quid fama? tuas amoris ignem
Fibras esse? Nihil id esto mirum;
Et *Mars & Venus* intimi fuerunt.

Hic es strenuus, hic vir es, vir illic,
Ut quotquot dederis neci, tot olim
Tecum MARGARIS educet puellōs,
Aut de sceminio satu puellas.

Hoc si præstiteris vir es virorum.

M. GEORGIUS LOTVS
Rector Scholæ Regijmontis.



841535

LU Akad. bibl.



817001250